

PARENTI SUO OPTIMO,

VIRO OLIM

SANCTITATE MUNERIS, DOCTRINA ET INNOCENTIA

MORUM VENERABILI,

DOMINO

PETRO IAENI-
CHIO,

PASTORI PRIMARIO ET SENIORI FURSTENBERGAE
IN LUSATIA INFERIORI BENE MERITO,

CUM,

EXHAUSTIS LABORE ET AETATE VIRIBUS,

PAULATIM DEFECISSET,

PLACIDAQUE SOPITUS MORTE

d. V. NOVEMBRIS, A. CICICIC

AD BEATAS COELITUM SEDES

TRANSISET,

EXTREMVM PIETATIS OFFICIUM,

QUA POTEST RATIONE,

PERSOLVIT

FILIUS,

M. PETRUS IAENICHUS,

GYM. THOR. RECT. ET P.P.

Me miserum! Cum illo prae sentissimae mortis metu, quem
contagii ingruentis acerbitas iniecerat nobis, levari quo-
dammodo videremur, & debilitati communi antea cala-
mitate vires paulatim colligeremus, tum primum, apertis itineribus,
nuntium a cognatis meis animum a spe melioris fati ad domesticum
eumq; gravissimum luctum traducit. Eius enim mihi deflenda mors
est, (si parens defleri satis potest) cuius beneficio aetatem egi. Siqui-
dem me tenerrimo semper complexus est amore, tantaq; cura meae
prospexit saluti, quanta solet Paren's vel diligentissimus virtutisq;
mans & omnis doctrinae. Quo itaq; iucundior ipsius in me affectus ac
providentiae recordatio, hoc graviori doloris sensu animus tangitur,
cum iacturam accuratius apud me perpendo. Neque familia tan-
tum orbata praesidio & ornamento, sed videor mihi videre eos non
leuiori quoq; affici luctu, quos diviniori Beatus instruebat doctrina.
His, quanta poterat contentione, praeibat pietate eximia, innocen-
tia & emendatae vitae exemplo. Quare, aut consilii inopes, aut qua-
dam vexati angustia non secuseum ac Patrem, spe fiduciaque auxi-
lii, compellabant. Nemini gravis ac molestus, nec quenquam, nisi de-
pravatae hominem vitac, corrigendi forsitan crebritate, offendebat.
Tanto enim longius abesse ab se volebat difficultatem morum,
quanto divus Paullus in sacerdote impensis requirit lenitatem &
promptitudinem iuvandi. Non parum eum exercuit laborum mul-
titudo, nec molestiis vitae caruit, quibus abundat res publica,
mysteriorum religione divinitus constituta. Hanc cum ingrede-
retur, non exiguum ipse onus incubuit, praesertim, quando eum,
efflagitante ida filio pietate, Parenti, affecta aetate & viribus infirmis
Seni, operam navare oporteret. Non fregit constantiam labor, nec
animi robur minuit difficultas, nec ab agendi studio eum revocavit.
Quin potius assiduitate taedia arcuit, & rectis vitae studiis dolores le-
nivit. Impetus calamitatum, quae incidebant, sumpto fidei scuto
sustinuit fortiter, & arctissima cognatione cum Deo coniunctus, in
omnibus periculis valuit. Ita singulari industria elaboravit, ut fidem
& pietatem sanctissimo Numini, amicis constantiam comprobaret
omnibus dexteritatem. In filiis praeccipue educandis, quam soli
quod i-

quem
qua cala-
tribus,
ticum
amors
Siqui-
a meae
tisq; a-
Etus ac
ngitur,
lia tan-
os non
doctrina
nocen-
ut qua-
ue auxi-
, nisi de-
ndebat
morum
tatem &
am mul-
publica
ingrede-
do eum
infirmis
abor, nec
evocavit
lores le-
lei scuto-
nctus, in-
ut fidem
probaret
uam soli-
citat
ritam adhibuerit curam, ipsi intelligimus nos, qui illius perfruimur
solertiae uberrimo fructu. Quoties compellatus, cum e re esse sentie-
bat, prompte prudenterq; elargiebatur sumptus, non fatigatus mul-
tum, impendebat mature, ne ullo modo obsisteret fortunae, aut ra-
tiones negligere videretur filiorum. Sic coniunctos sibi nascendi
sorte, edito liberali amoris documento, reddidit obsequentiores.
Respondit optatis eius fortuna, nactus aliqua ex parte, in quo acqui-
sceret ingravescens aetas, cum filium in sacerdotio haberet & adiu-
torem, nunc successorem. Non hic animus est laudes recensere eius,
quod nec sine suspicione, nec satis pro affectu a filio fieri potest, &
merita etiam sua se virtute sustentant. Tribuendum tamen tantum
existimavi, quod tuendo decore non potui reticere, & veritas palam
mihi concedit. Quod si felicitas viri maxime fulcit uxore proba,
hac in parte certe habuit Beatus, de qua sibi poterat gratulari. In-
crementa recenti largior luctui, quoties recordor, cum quadriennio
ab hinc filii matrem, quæ omnes charitates complectebatur, & Parens
dimidiā sui partem, eruptam deploraret. Adeo eum discruciabat
eius excessus, ut consici desiderio videretur, &, sublato senectutis
solatio, vitae pertaesus, identidem mortem sibi praecoptaret. Nec
praeter veritatem me quicquam dicturum videor, si affirmavero,
assiduis ab immortali Deo, ut brevi, a qua esset relictus, cōiungeretur,
precibus contendisse. Iam voti es compos factus, desideratissime
Parens, &, recluso aeternitatis aditu, ad felicitates accessisti nullius
lingua exprimendas. In amplexu ipsius Dei, & consortio sanctissi-
morum acquiescis apparitorum iam svaviter, superatis vitae calamiti-
bus, &, quae nos affligunt, miseriis omnibus devictis. Quam ex-
optabas quietem corpori, curis laboribusq; ex hausto, nactus es feli-
citer, & immortalis hospes, animus, vinculis solutus, de ipsa iam mor-
te triumphat. Sine amittendi metu eo delectaris gaudio, cuius spe
tot lacrymis, affatuq; solatii plenissimo tuos olim sustentasti. Haec
dum mente cogitationeq; complector, eiusmodi sunt, quae aegri-
rudini remedia quodammodo afferunt, & me, ut in arbitrio divino
acquiescam, edocere possunt. Tantum in hoc molestior est iactura,
quod illa, qua tenebar, spe conveniendi Te, Parens indulgentissime,

pro-

prorsus a commino in terris me sentiam orbatum. Neque alia tua
olim erat expectatio, cum fere ante triennium ex divina voluntate
patria esset relinquenda, & ex amplexu tuo domoq; discederem.
Tamen si id, cum utriusq; rationes intuerer, moesta quadam animi
permotus praefensione, ferme desperabam. Tristi memoria repeto,
quam vehementi doloris sensu a nobis avelleremur, quot votis me-
um comitarere iter, quot lacrymis precibusq; Numinis gratiam ef-
flagitares pro mea salute meorumq; conatum prospero successu, &
quibus adversus fortunae invidiam sit utendum praesidiis, graviter
admoneres. Hacc & alia, quibus, o Pater, ornasti me, beneficia, quo-
rum initii numerus non potest, aeterna memoria retinebo. Multo
~~enim~~ mihi cum sint ampliora, quam illa ipsa, propter quae elabora-
bantur, nec meritorum cumulo respondere apparatis gratiis recte
possim, restat, ut de amplissimo solertiae Tuae praemio, quo iam
persfrucris, vehementer Tibi gratuler, ultimumque vale dicam. Sal-
ve itaque, desideratissime Parens, salve iterum, ave aeternumq; vale!

// Quodsi vero quaedam adhuc Te nostraræ conditionis cogitatio tan-
git, recogita, & deprecare huius acvi, quibus circumsepti sumus, ca-
lamitates: Si filii, quem tu vivus singulari prosequeraris affectu, in-
ter infinita, in quibus effuse exultas, gaudia, meminisse potes, extre-
mum hoc, queso, grati animi accipe monumentum, quod in sum-
mo moerore & acerbitate luctus multis cum lacrimis Tibi ponit. Tu
interim apud nos perstabit memoria, quam diu valor virtutierit, & in-
pretio vir bonus. Ipse autem maxime pro eo, ac debeo, cultu, for-
mam mentis Tuae & Beatae Matris, venerabor perpetuo, & Tuas
cum primis virtutes & exemplum probitatis, in vita constanter tenc-
re, exprimere ipso facto, & imitari pro virili parte conabor, donec, to-
tus totus iam videndi iterum Te desiderio inflamatus, tandem
exemptus mundi molestiis, Tecum, quando visum fuerit Deo meo,
in aeternia illa Beatorum sede coniungar.

Dabam c Musco
Thorunii in Prussis, anno recuperatae salutis CCCCCC,

113581